



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod nec secundum materialem causam dicuntur tres personæ vna
essentia. L

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

nim essentia species est, vt homo: sicut nō dicitur vnus homo esse Abraham, Isaac, & Iacob. ita non dicitur vna essentia esse tres personæ. Non itaque secundum genus & species ita dicimus.

Nec secundum materialem causam dicuntur tres personæ vna essentia.

*Idem Aug.
Cap. 6. paulo
inferius.*

NOTANDVM etiam quod essentia diuina non est materia trium personarum, vt August. in eodem lib. docet, tanquam secundum communem eandemque materiam tres personæ dicantur esse vna essentia: sicut ex eodem auro si fierēt tres statuar, diceremus tres statuas vnum aurum. Non autem sic Trinitatem, id est, tres personas dicimus vnam essentiā, & Deum vnum, tanquam ex vna materia tria quedam subsistant. In statuis enim æqualibus, plus auri est tres simul quam singulæ: & minus auri est vna, quam duæ. In illa vero essentia Trinitatis nullo modo est ita. Non ergo secundum materialem causam tres personas vnam dicimus esse substantiam vel essentiam, sicut tres statuar dicuntur vnum aurum.

*Ibidem paulo
inferius.*

Nec ita dicitur tres personæ vna essentia, vt tres homines vna natura vel vnius nature.

*Cap. eodem
6. circa me-
diū.*

His quoque addendum est, quod tres personæ nō ita dicimus esse vnam essentiam, vt August. in eodem ait, vel vnius essentiar, sicut dicimus aliquos tres homines eiusdem sexus, & eiusdem temperationis corporis, eiusdemque animi, vnam esse naturam vel vnius nature. Nam in his rebus non rātum est vnus homo, quātū tres homines simul, & plus aliquid sūt homines duo, quā vnus homo, sicut in statuis esse diximus: at in Deo non est ita. Non enim maior essentia est pater & filius simul, quā solus pater vel solus filius: sed tres simul illæ personæ equales sūt singulis. Ex præmissis patet quod tres personæ dicuntur diuina essentia: nec secundum materialē causam, vt tres statuar vnum aurum: nec se-

*Ibidem in-
ferius.*

cun-